

(*In der Generalkongregation des Basler Konzils*) pro parte fratrum Minorum de stricta observancia proposuit Nicolaus de Cusa, ut sancta Basiliensis synodus confirmare dignaretur decretum per Constance concilium sessione sua eis concessum, quo fratres degentes in novem conventibus ibidem nominatis inter provincias Francie, Burgundie et Thuronensis constitutis eximuntur, ut de ipsorum regimine in nullo se possint intromittere provinciales vel custodes, sed regantur per provinciales vicarios ab eis electos et per ab hiis electum generalem vicarium; ad superioritatis tamen recognitionem, quod provincialis minister in persona propria visitare posset et de consensu maiorum ac discretorum conventus, si quid corrigendum inveniret, punire, generalis vero in propria persona, qui ciens vellet, et facere, sicut moris est in ordine, posset. Aliaque plurima eis concessa fuere, prout in ipso cavetur decreto.¹⁾ Requisitioni autem huic respondit magister Pascasius eiusdem ordinis, quod hoc esset dividere ordinem nec faciendum esset, cum ordo haberet notabile caput, videlicet generalem ministrum, sanctissimum hominem. Cumque Symon de Valle advocatus desuper materia ista vellet animos informare patrum, Ludouicus frater de illa observancia alta voce ad statim respondit: Vos non dicitis verum. Multis vero consideratis intelligens offendisse, pecuit veniam in medium constitutus. Cui presidens iniunxit illo die veneris ieiunare in pane et aqua, interdicens ei pro tunc congregacionem. Fuit autem a patribus dictum posse illos peticionem suam scripto porrigit in sacris deputacionibus.²⁾

1) vor fratrum: quippe durchstrichen und unterpungiert E 6 recognitionem von Job. über d. Zeile ergänzt E 9 concessa ebenso 10 autem ebenso 13 frater ebenso respondit: respondisset, darin getilgt -sse- E 14 vero wie frater (Z. 13) E.

1) S.o. Nr. 139 mit Anm. 1. Die Konvente sind im Dekrettext bei Mansi XXVII 796 einzeln genannt. Es handelt sich dort aber nicht um neun, wie Segovia angibt, sondern um elf Konvente.

2) NvK findet sich im Zusammenhang mit den Wünschen der Observanten bisher nicht weiter genannt. Zu den späteren Verhandlungen s.u.a. Glassberger, *Chronica* 294-98.

1432 Oktober 6, Basel.

Nr. 141

⟨Job Vener.⟩ Scripta contra supplicationem (des NvK) in concilio exhibita.

Reinschrift: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 18r-26r (Titel auf dem sonst leeren Blatt f. 17r).

Druck: Heimpel, Vener Nr. 43.

Erw. und Auszüge: Meuthen, Trierer Schisma 20 Nr. 27, 102, 129, 131f., 137f.

Dem Vermerk des Konzilsnotars Brunet auf f. 26v zufolge ist dieses Exemplar 1432 X 6 dem Konzil vorgelegt und Abschrift davon für die Gegenpartei angeordnet worden. Der Titel Scripta bezieht sich möglicherweise nicht nur auf diese Nr. 141, sondern auch noch auf andere Schriftstücke gegen die Supplik des NvK Nr. 128, von denen mit Sicherheit an diesem Tage die Zusammenstellung der Fragepunkte (Meuthen 20 Nr. 26) der deputatio communis vorgelegt wurde; vgl. dazu Meuthen, Trierer Schisma 20. Nr. 141 verarbeitet im übrigen die Stellungnahme De appellacionibus (s.o. Nr. 125) und die Postillen zur Supplik (s.o. Nr. 136), teilweise unter wörtlicher Anführung.

Wie bei allen Stücken, die mit Datum versehen sind, ist auch hier dieses Datum für unsere zeitliche Einreihung maßgeblich gewesen. Die Ausarbeitung von Nr. 141 erfolgte wie die Abfassung von Nr. 135 und Nr. 136 natürlich nicht erst an diesem Tage.

Reverendissimi in Christo patres et domini summa veneracione colendi.

Cum ea que gesta sunt per papam vicarium Iesu Christi in terris sollempniter, auctorizabiliter, conclusive et finaliter necnon defacto sufficienter informatum, ex certa sciencia, deliberato animo, cum maturo concilio presertim dominorum cardinalium fratrum suorum in rebus ecclesiasticis et maxime 5 particularium ecclesiarum et circa provisionem earundem, ab omnibus christicolis debeat haberi pro totaliter expeditis, nec sunt ab ullo mortalium, nisi papa deprehendatur in fide devius, in dubium revocanda, cum nemo sibi dicere debeat: Cur ita facis? et sola pape conscientia ipsum apud deum accusare habeat vel excusare in hac parte.

Im einzelnen wird ausgeführt:

Gegen eine motu proprio erfolgte päpstliche Provision darf nicht appelliert werden, durch welche Feststellung 10 sich die Konzilsväter in keiner Weise beleidigt fühlen mögen.

Quamvis igitur quidam Nicolaus de Cusa asserens se procuratorem communis cleri Treuerensis, licet falso, pro eodem clero apud hoc sacrum concilium Basilicense et apud eiusdem sacri concilii quaslibet deputationes solicite instare dicatur pro absolucione ad cautelam eiusdem communis cleri nec non pro nullitate processuum et sentenciarum contra adherentes domino Ulrico de Mandelscheid in truso emissorum et fulminatorum atque pro relaxacione interdicti obtinenda, nichilominus tamen, ne dictus assertus procurator suam pravam, ymmo pessimam intencionem, citra tamen iniuriam loquendo, consequatur in elusionem et derogacionem sedis apostolice et mandatorum eius necnon in maximum preiudicium, dispendium et gravamen domini Rabani veri presulis ecclesie Treuerensis, dignentur v. r. p. fraudulentas, callidas et dolosas persuasiones et suggestiones eiusdem Nicolai de Cusa 20 penitus respuere et non audire, sed benivole, principaliter propter deum et iusticiam, advertere que subsequuntur et, prout possibile fuerit, narrative iuxta facti veritatem et eciam aliquantulum instructive, si et prout necesse fuerit, sub conpendio recitantur, allegacionibus tamen coram tot et tantis r. p. et doctoribus, qui omnia iura in scrinio pectoris sui habere censemur, velut superfluis resecatis, cum de v. r. p. et dominis utique dici valeat, quod legi deest, quod vos contingat ignorare. 25

Der clerus communis von Trier bringt als Grund für seine Treue zu Ulrich und seinen Ungeborsam gegenüber Raban vor: quod consuetum sit usw. (s.o. Nr. 125).

Entspräche das der Wahl — in der Tat sei Ulrich ein Eindringling —, würden doch die iure sowohl die Wahl wie auch die Präsentation vor den genannten Adligen usw. und die Anerkennung durch diese mit der päpstlichen Provision binfällig, besonders nachdem beide Parteien sich an den päpstlichen Stuhl gewandt hätten. 30

Aus diesen Gründen sei durch des Konzil nicht nur die Appellation Ulrichs und des Gemeinen Klerus abzulehnen, sondern es dürfe ihren Vertretern und auch ihnen selber keinerlei Anhörung gewährt werden.

Nach der vom heiligen Kolleg gebilligten Entscheidung zweier Päpste erscheine jede Diskussion vor dem Konzil überflüssig.

Alle Christen haben sich an diese Entscheidung des Papstes zu halten. Nec papa denegat vel denegavit 35 dicto domino Ulrico vel sibi adherentibus aut eciam communi clero, cui eciam specialiter desuper bulle diriguntur, iusticiam, sed pocius fecit et exhibuit eis iusticiam in hac parte declarando appellationes ipsorum velut in iure expresse prohibitas et velut frivolas esse nullas nec aliquatenus adver- tendas.

Et si pro parte appellancium forte diceretur, quod sacrum concilium de hoc usw. mit einigen Abweichungen wie Nr. 125 (vgl. etwa Nr. 125 Anm. 4) bis omnia iura. Auf ein Konzil kann nicht immer gewartet werden, vor allem bei solcher Tyrannie wie in Trier und einer Intrusion post provisionem apostolicam tam sollempniter factam ut hic, ubi... invasor... est manifeste contumax et rebellis... Qui eciam nec procuratorum sufficiens iuxta eiusdem sacri concilii monita et mandata transmittere aut viam iuris vel amicicie aliquam amplecti voluit necque vult, nisi ut ipse remaneat in predicta ecclesia, quam in- 45 vasit.

Et quamvis... procuratores cleri communis... coram... Petro Bruneti notario huius sacri concilii quandam aliam pretensam appellacionem utique frivolam et inanem interposuerunt, dicunt tamen inter cetera in eadem pretensa appellacione se appellare usw., falls von diesem Konzil keine Richter über diese Appellation bestimmt würden, an das nächste Konzil (s.o. Nr. 123). Daraus ergibt sich, daß sie nicht Gerechtigkeit suchen, sed pocius perseveranciam in... rebellione et ut... intrusus... foveatur. Da die Appellation in dieser Hinsicht eine Art Mißachtung des Konzils enthalte, muß sie ihm mißfallen und sind die Appellant nicht zu hören. 50

Et quod deterius videtur: ipsi appellantantes subiungunt in eadem et protestantur pro se et dominis suis de obediencia usw. (s.o. Nr. 123). Ecce quales se ostendunt appellantates fore seu esse velle obediencie filios sancte matris ecclesie, cum eorum obedienciam restringere videantur secundum observanciam, ut dicunt, et decreta antiquorum, per hoc tacite excludendo observanciam et decreta modernorum summorum pontificum necnon constituciones modernorum conciliorum. Unde quidquid in sacro concilio Constancensi statutum vel ordinatum est seu quidquid in hoc sacro concilio Basiliensi universalem ecclesiam representante statutum, ordinatum, decretum vel pronunciatum 60 fuerit, in casu, quo displiceret eis, possent dicere: Ecclesia est sinistra informacione seu callida persuasione circumventa; ergo obedire nolumus necque debemus. Hec autem presumpcio tendere

13 eiusdem: eiusdem

videtur ad magnam perniciem et, ut ita dicatur, ad quandam dyabolicam pertinaciam et ergo digna videretur aliquali castigacione seu correccione.

- 65 Forte dictus assertus procurator cleri intentionem suam super nullitate processuum aut absolucione ad cautelam committenda fundare videtur per textum in c. ‘Solet’ de sen. ex. li. VI.¹⁾ Dieser Text, scripta darüber²⁾ und das factum in se, pro quo ipse assertus procurator et alii rebelles et dicto intruso adherentes sunt excommunicati, ergeben aber eindeutig, quod non sunt audiendi et quod absolucion ad cautelam est eis deneganda. Sunt enim excommunicati, nedium pro contumacia, sed pro manifesta offensa. Non enim amplius negare possunt, quin iussi sint et eis mandatum existat tam per bullas apostolicas quam eciam per processus reverendi in Christo patris domini Iohannis episcopi Herpiliensis, ut se subtrahant ab obediencia et adhesione domini Vlrici Mandelscheit et domino Rabano eorum archiepiscopo obedienciam et reverenciam exhibeant. Et quia istud adhuc non fecerunt, ymmo facere contempserunt, talis contemptus dicitur offensa, prout simile ponunt dicti doctores in dicto 70 capitulo super verbo ‘manifesta’ de quolibet iussu iudicis, quod consistit in faciendo, ut, si iussus, noluit maleficium emendare, vel, cum iussus exhibere, non exhibit etc. In talibus enim casibus, sicut et in casu nostro, ubi constat de tali manifesta offensa, ymmo de notoria rebellione et non paracione adversarium, sentencia non est relaxanda eciam ad cautelam, nisi prius sufficiens prestetur emenda secundum textum et glosam in dicto c. ‘Solet’. Et si dictus assertus procurator nullitatem sententie pretendere vel allegare vellet propter legitimam appellacionem pretendentem, istud dicere non sufficeret. Non enim sufficit dicere: Ego appellavi ex iusta vel legitima causa, nisi et causam exprimat, ut per expressionem eius melius instruatur iudex, ad quod maxime laborare debet secundum Inno(cencium) et alias ubi supra. Sed si inspiciantur dictorum adversarium appellaciones et bene considerentur tenores ipsarum, tunc utique apparent manifeste frivole, iuri et rationi contrarie, dominum Vlricum 75 intrusum et sibi adherentes magis confundentes quam defffendentes nulliusque penitus efficacie vel momenti, et presertim apud illos, quibus constat de facto provisionis ecclesie Treuerensis; et de gestis in eadem ecclesia et circa eam constat, quod sunt mendaciis et fictionibus plene. Attamen sunt, ut premititur, tam per papam Martinum defunctum quam eciam per papam modernum cassate et annullate etc.³⁾, ymmo sunt eciam deserte, ut ostenderetur, si esset necesse.
- 80 Pareant igitur clerici Treuerenses, qui nondum paruerunt et iam quasi ad duorum annorum spaciun in sentencis sorduerunt, et debitam obedienciam ac veram et non fictam domino Rabano eorum archiepiscopo prestant, et tunc facilius eis poterit consuli, an indigeant absolucione simpliciter vel ad cautelam, vel an possint seu valeant denunciari, quod non fuerint ligati iuxta c. ‘Cum contingat’ de officio.⁴⁾ Nec dicant tales clerici adhuc rebelles et inobedientes se constituere clerum Treuerensem seu dyocesis Treuerensis et appellare pro eodem clero, cum magna pars, ymmo maxima cleri eiusdem diocesis se dudum eciam reduxerit ad obedienciam dicti domini Rabani archiepiscopi ipsorum, nullum gravamen penitus allegans nec premissis, pro quibus dictus Nicolaus de Cusa instare videtur, impetrando quomodolibet insistens, ut sunt clerus comitatus Palatini Reni, clerus ducatum Lotoringie et Paren-sis, clerus territorii Lutsenburgensis, clerus lantgravii Hassie, clerus comitatum de Catsellenbo-85 ghen et de Nassow necnon clerus certorum opidorum et terrarum spectans ad temporale dominium dominorum Maguntini et Colloniensis archiepiscoporum in dyocesi et sub episcopo Treuerensi existentes, ac eciam pro magna parte clerus Treuerensis civitatis, quorum omnium nonnulli, si appellassent seu appellacioni cuicunque adhesissent, ab huiusmodi tamen pretensis appellacionibus tamquam frivolis et inanis(!) penitus per obedienciam debitam dicto domino Rabano prestatam totaliter 90 recesserunt.⁵⁾ Propter quod dictus Nicolaus de Cusa eorundem nomine nichil penitus agere valet saltim ad effectum quem intendit.
- Licet eciam huiusmodi absolucion ad cautelam in casu, in quo impendenda videretur, sine contradictionis obstaculo esset impendenda vel non deneganda secundum textum allegatum, qui debet intelligi sine contradictione partis adverse, tamen secundum Archi(diakonus) hec absolucion est de gracia,

85 confundentes: confundantes 105 valet verb. aus valeat (?)

1) c. 2 in VIto de sentent. excomm. V 11.

2) Im einzelnen genannt werden Innocenz IV., Guido de Baysio (Archidiaconus) und Johannes Andreae.

3) 1431 V 11; Meuthen a.a.O. 15 Nr. 14 und 99f.

4) c. 36 X de off. et pot. iud. del. I 29.

5) Vgl. dazu Meuthen a.a.O. 119f.

cum de iure esset, ut primo constaret de veritate cause, quam fieret absolucio. Et quia secundum 110 Inno(cencium) contra huiusmodi rationem hec absolucio est inducta, ideo non est extendenda. Unde secundum eum iudex ex causa bene debet aliquando ab absoluzione huiusmodi cessare, potest que superior hanc absolucionem prestare et, si voluerit, denegare et ex diversis coniuncturis ad hoc vel ad illud animum poterit applicare secundum eundem Inno(cencium) et Archi(diaconum) ibidem.

Non credant autem v. r. p., quod dictus Nicolaus de Cusa (*durchstrichen*: qui dux et auriga istius 115 temerarie intrusionis et rebellionis existere videtur) iusticiam querat recto tramite seu bono zelo, sed ut iterum, prout sepius fecit, redimat tempus prefati domini sui intrusi et suorum complicum et adherentium, quoniam dies eorum mali sunt.⁶⁾

*Das Konzil möge bedenken, wie abträglich für Rabans Ansehen eine commissio oder eine absolucio ad cau-
telam sein werden, zumal schon der größere Teil des Klerus zu ihm übergegangen sei. Sie und andere, die dazu be- 120
reit seien, würden dann von ihm vielleicht wieder abgezogen.*

*Auch Dekan und Kapitel wie die Städte von Trier seien mit Ulrich zerfallen und fordern, daß er seine Ver-
sprechungen einhalte. Bei Widerruf der Provision durch das Konzil würden sie unsicher in ihrer Haltung werden...*

Item non videtur, quod aliquis possit absolvire vel relaxare sentenciam pape aut eius delegati vel subdelegati nisi papa vel, qui tulit, aut specialis per papam ad hoc commissarius deputatus... Et cum 125 ista causa nec concernat fidem nec reformacionem etc., videtur pape et suis iudicibus relinquenda, auctoritate tamen huius sacri concilii in omnibus semper salva.

*Da bereits der größere Teil, wie man annehme, Raban Gehorsam leiste, quomodo ergo nomine cleri prose-
quitur iste Nicolaus Cusa istam commissionem? Ex quibus non aliud colligendum est quam ipsum ad
protraccionem cause et redempcionem temporis anhelare in favorem dicti intrusi, ut idem diuicius in 130
sua obstinata tyrannide et violenta occupacione ecclesie valeat perseverare.*

Item dictus Nicolaus de Cusa, qui se falso procuratorem cleri Treuerensis asserere non erubescit, narrat in supplicatione sua episcopum Herbipolensem auctoritate apostolica clerum Treuerensem ad prestandum debitam et consuetam obedienciam per processus requisivisse etc. *Das stimme nicht.* Nam licet per huiusmodi processus omnes et singuli subditi ecclesie ecclesiastici et seculares moneantur ad 135 obedienciam debitam prestandam, nullibi tamen in eisdem processibus reperitur, quod clerus communis Treuerensis ut clerus in communi moneatur, sed pocius omnes clerici ut singuli monentur ad obedienciam, et non ad consuetam, ut ipse impetrans asserit et de quo ipse intelligit prestandam. Fingere namque videtur quandam consuetudinem, qua in effectu clerus communis Treuerensis de-
mum post habitam possessionem castrorum et administrationem ecclesie teneatur obediare episcopo. 140 Que tamen consuetudo numquam creditur fuisse in rerum natura, sed esset pocius quedam abusio seu corruptela censenda, cum in prestando obedienciam debitam vero episcopo seu in obediendo mandatis apostolicis quoad episcopum assumendum non sit necessarium clerum communem desuper con-
gregari seu requiri congregatum, cum alter alterum in hoc non debeat expectare nec valeat quisquam pretextu cuiusquam contrarie consuetudinis se desuper excusare.

Item inserit dictus impetrans, quod dominus Herbipolensis mandat, licet ad hoc mandatum non habeat, ut impetrans asserit, interdictum ad novem dies, ubi quisquam Treuerensis esset, servari eciam extra dycesim etc. *Das sei falsch, da der Bischof von Würzburg ausdrücklich dieses Mandat gehabt habe, wie sich aus der Beauftragung ergebe.*

*Die vorgelegte Supplik des Nicolaus de Cusa könnte vom Konzil also in keiner Weise zugelassen werden. Dar- 150
überhinaus möge es aber noch folgendes zur Kenntnis nehmen: Primo quod ipse aliqua petit, que minime petere potest, cum ad illa petenda requiritur, quod ipse habeat speciale mandatum, quod non habet, et potissimum in petenda absolucione ad cautelam, que necque propter notorietatem criminis debet concedi, nisi prius facta emenda, neque non habenti mandatum speciale, sicuti non habet dictus do-
minus Nicolaus.*

Item videtur valde misericorditer suplicare, quod quedam asserit per eum exorbitancie per domi-
num Herbipolensem sedis apostolice delegatum tollantur, que in rei veritate neque exorbitancie nec-
que aliisque iniuste promulgaciones appellari possunt, cum ipse ea egerit, que in mandato suo continen-
tur, sicut ex tenore commissionis sue liquide constare potest, in ea potissimum parte, qua sibi man-
datur, quod in huiusmodi re procedat gravando et regravando et ad alia procedendo, ut sibi visum 160

156 exorbitancie: exabitancie

⁶⁾ Vgl. Prov. 15, 15; 16, 4.

fuerit, modo cum ad ea processerit, que in communi stilo et consuetudine curie Romane servantur. Non fecit exorbitancias, salvo nisi stilos et curie Romane consuetudo exorbitancia sint vocanda. Ymmo plus creditur, quod secundum potestatem sibi videlicet domino Herbipolensi attributam potuisset et posset quoscumque intruso et violento occupatori adherentes privare omnibus suis beneficiis 165 et illos sacro concilio de fide suspectos denunciare, cum plus quam anno in tam notorio crimine et ita neglectione apostolice sedis permanserint et, ut verius dicam, dei voluntati resistere visi sunt, qui iussit principi suo sub pena mortis obediendum.⁷⁾

Item dicitur, quod in hiis verbis, quibus mandatur domino Herbipolensi, quod in hac causa procedat, ut sibi visum fuerit, potuisset idem dominus Herbipolensis omnem aliam penam inposuisse, qua 170 mediante cicias ad intentum pape per ventum esset, cum iudices delegati soleant et debeat eam ponere penam et comminari, que magis timenda est, ut victi timore pene inobedientes ad gremium sancte matris ecclesie, extra quam sunt, redirent et mandata apostolica adimpleant et servarent.

Est eciam falsum, quod christicolis subtrahuntur penitencie, si non loquatur de rebellibus fidei christiane, videlicet de intruso et adherentibus, a quibus nedum hoc remedium penitendi sibi 175 subtrahi deberet, sed eciam de iure alimentorum prestacio sicuti a publicis hostibus catholice fidei.

Dicit eciam, quod aliquorum innocentum vita punitur, quod minime fieri deberet. Sciunt dominaciones vestre, quod eciam de iure multociens sine culpa aliqui puniuntur, licet numquam sine causa. Sunt igitur istorum innocentum persone in causis, quia de facto omnes simul collecti debent intrusum abicere et ammovere et verum suum et indubitatum episcopum inducere... Et ideo quia sunt 180 in causa ad non exequendum ista, ideo meritum est, quod propter hanc causam puniuntur, et hoc iuri valde consonum.

Auch die Begründung, durch Nichtbeachtung der verbängten Strafen werde die Häresie gestärkt, sei falsch, da sie selber die Ursache dafür seien und vom Konzil wie jene außerhalb der Kirche Stehenden zu behandeln seien. Daher möge ihnen das Konzil keine Anhörung gewähren, da schon das als gewisse Billigung der Intrusion erscheinen könne, ne forte..., si non provideatur, in perniciosissimum exemplum ad futura tempora se trahat et alii ambiciosi viri et ad dignitates aspirantes exemplo dicte intrusionis, si taliter tolleraretur, ad quascumque dignitates sive ecclesias contra quascumque canonicas provisiones se facerent intrudi per potentiam layalem.

Die Erklärung der Nichtigkeit des Würzburger Prozesses würde die Position Ulrichs und seiner Komplizen 190 stärken, weil er dann als gleichberechtigt anerkannt erscheine. Et ista creditur fore principalis intrusio istius Nicolai de Cusa impetrantis, qui eciam nominatim est excommunicatus et hic denunciatus existit cum ceteris in processu pro parte dicti domini Rabani archiepiscopi alias hic in valvis affixo. Unde cum ipse Nicolaus de Cusa et alii quidam, quorum se procuratorem asserit, multo plus quam per annum⁸⁾, dictus vero dominus Ulricus intrusus, cuius causam principaliter agere videtur, et sui complices iam 195 fere biennio in sententiis excommunicationis⁹⁾, nedum propter premissa, sed eciam propter notoriā captivitatem cursoris apostolici litteras apostolicas super provisione deferentis¹⁰⁾ necnon manifestam prohibicionem multipliciter, ne citaciones aut processus ad eos provenirent, sorduerunt et ex hoc vehementer de heresi sunt suspecti, propter quod nullatenus presertim per hoc sacrum concilium universalem ecclesiam representans est dicto Nicolao de Cusa aut aliis adversantibus audiencia tribuenda, 200 maxime cum cottidie mala malis accumulent, presbyteros et clericos obedientes sedi apostolice captivent, trucident, spolient etc. et notorie sentencias incident propter iniectionem manuum violentam¹¹⁾,

162 exorbitancias: exorbitancias 170 delegati:diligati

⁷⁾ Vgl. Rom. 13, 2f.; 1. Petr. 2, 13f.

⁸⁾ Die Verhängung der Zensuren erfolgte Ende 1430/Anf. 1431 (s.o. Nr. 86). Abzüglich der Zeiten zwischen März 1431 (Meuthen 97) und Ende 1431 (102) und vom 6. Mai bis zum 5. Juli 1432 (16), in denen die Zensuren suspendiert waren, gelangt man Anfang Oktober 1432 auf etwa ein Jahr. Für NvK selbst verkürzt sich diese Zeit allerdings noch um weitere vier Monate dank der ihm persönlich zugekommenen sechsmonatigen Absolution im März 1432; s.o. Nr. 117.

⁹⁾ Die Differenz gegenüber der in Anm. 8 berechneten Zeit ergibt sich daraus, daß Ulrich und seine Anhänger von der Suspension der Zensuren 1431 nicht betroffen waren (Meuthen 102). Ferner werden, wie sich aus der folgenden Bemerkung ergibt, noch einige Wochen seit der Gefangensetzung des päpstlichen Boten Ende 1430 dazugerechnet; s.u. Anm. 10.

¹⁰⁾ S.o. Nr. 136 Z. 29 mit Anm. 2.

¹¹⁾ Vgl. Meuthen 120f.

que non potest excusari per auctoritatem iudicariam competentem, cum utique nullus sit tytulus dicti domini Vlrici, ex quo non est confirmatus, et dudum tempora transierunt, eciam posito quod esset colorate electus, cuius tamen contrarium constat, ut in apostolicis domini Martini et eciam domini nostri moderni litteris continetur.

205

Nec moveat v. r. p., quod dictus Nicolaus suggesterit, licet falso, de scandalo, quod propter observationem interdicti, quod usque ad novem dies post recessum Treuerensium servari mandatur, quam quandam exorbitanciam nominat et quam exorbitanciam tolli desiderat atque petit etc., cum non sit istud novum, quod talia interdicta ponantur, sed longissimis temporibus a sede apostolica et suis delegatis introductum in odium rebellium et mandata apostolica contempnencium, et propterea non ne- 210 quissum, ut ipse asserit, sed valde equum, nec in Alamania inauditum, ut eciam asserit, sed cottidie usitatum et practicatum. Quod eciam exorbitare videretur, pro nunc tamen attenta notoria rebellione dictorum adversantium nichil circa hoc videtur aut convenit specialiter innovandum, etsi scanda ex premissis, quod absit, orirentur, quia tamen secundum sanctorum patrum tradiciones obedientia melior est quam victima et quia non obediens mandatis apostolicis inducit mortale peccatum et con- 215 temptum, ut videtur pocius tale scandalum esset permittendum quam peccatum inobedientie sive mortale committendum. Imputet autem sibi dictus impetrans et dicto intruso suo et suis complicibus et nulli alteri, si scandala in fide, in cultu divino, in clero vel in populo quomodolibet orientur, quoniam ipsi soli sunt in causa.

Quare... pocius videtur, contra dictos... per hoc sacrum concilium cooperando in hac parte dis- 220 positioni, ordinacioni et provisioni sedis apostolice tam sollempniter, mature et ex certa sciencia cum concilio dominorum cardinalium facte, quod plena assistencia... Rabano in iure suo clarissimo adhibetur et pene contra dictam partem adversam aggraventur et contra eandem tamquam contra... suspectos de heresi procedatur..., auf daß Kleriker und Laien, prelati, principes et alii per totam Alamaniam huius sacri concilii in hac controversia iustum et sanctam intencionem, determinacionem 225 sive ordinacionem ac debitum finem expectantes hoc sacrum consilium magnificent et extollant ac deum altissimum glorificant, qui est in secula benedictus.

217 Imputet: Imputat.

1432 Oktober 13, Basel.

Nr. 142

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator des Trierer Klerus.

Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 (s.o. zu Nr. 102) f. 80r.

Druck: CB II 244.

Erw.: Vansteenberghe 55; Meuthen, Trierer Schisma 139.

In deputacione pro communibus... dominus decanus Confluencie pro et auctoritate cleri Treuerensis requisivit, quod super supplicatione alias per eum nomine quo supra porrecta vellent deliberare; nam alie deputaciones deliberaverant, quod darentur iudices etc.¹⁾

1) 1432 X 29: ... in deputacione pro communibus... super causa Treuerensi fuit ordinatum, quod partes hincinde per concilium citentur personaliter et fiat iusticia; Pf. 86r; CB II 259.

⟨1432 Oktober 31, Basel.⟩

Nr. 143

Ein Prokurator des Trierer Klerus ⟨NvK⟩. Protestationen gegen die von Rabans Seite gegen die Supplik ⟨Nr. 128⟩ vorgebrachten Argumente.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 66r-67v; f. 62r-63r (mit Korrekturen von Job Vener, der rückseits f. 63v schreibt: Detur magistro Hugoni utriusque iuris doctori); f. 68r-70v (Abschriften der erstgenannten Abschrift); f. 64r-65v (Abschrift der zweitgenannten Abschrift).

Druck: Baluze-Mansi III 144f. (nach der ersten Abschrift).

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 21 Nr. 29, 127 und 139f.